

communiter improbandum pronuntiarunt. Quod non alia de causa fummis Viris accidisse arbitror; quam quia facti species, de qua sententiam rogati sunt, non iidem, ac Collegio nostro, verbis exposita illis est, sed variatis circumstan-

tiis, & adjunctis. Quare nihil, aut certe parum, a geminæ Academiæ Magistris, in solvendo proposito dubio disideo: sed rem totam distinctius, & apertius explico, aut certe pro mea tenuitate satis mihi videor explicasse.

SUFFRAGIUM THOLOGORUM PARISIENSIIUM.

UT ERUDITISSIMIS VIRIS, qui in re tanti momenti calculum ponere dignabuntur, facem præferamus, operæ pretium erit, aliqua adducere, & alia deducere ad enucleationem facti propositi. Et primum quidem, suggerere sincere fas erit: aliquorum sententiam esse, Pyraustam non in omnibus bene egisse in hoc facto; aliorum autem, & quidem plurimorum irrefragabile, & incoactum est, Pyraustam actus heroicæ, sublimitque virtutis perfecisse, neque in ulla re defecisse, quod ut constare quisque comperiat, prænotatur.

Sanctum, ac Præclarissimum Virum Joannem de Capistrano de Matrimonio, dist. 3. qu. 1. art. 6. ex Augustino super Genesim relato a Magistro sent. in 4. dist. 31. cap. 1. & ex communi sententia, tria bona statuere Nuptiarum, nempe Fidem, Prolem, & Sacramentum: Hoc posito idem S. Joannes disp. 3. qu. 2. art. 1. initio, hæc habet: *Sed quæro, inquit, quod prædictorum bonorum sit principalis? Est in matrimonio illud, sine quo Matrimonium esse non potest; Hoc autem est Sacramentum; Ergo in Matrimonio principalis est Sacramentum, quam sit fides, vel Proles, & hoc duplici respectu: Primo, quia dignius: Secundo, quia essentialius: Quod autem sit dignius, patet, quia bonum fidei, & bonum Proles pertinet ad Matrimonium, in quantum est quoddam officium nature: Bonum autem Sacramenti, pertinet ad Matrimonium in quantum est Sacramentum gratiæ: sed dignior est gratia, quam natura; ergo &c.*

Pergit autem Capistranus sic: *Quod autem, inquit, Sacramentum sit essentialius Matrimonii, quam Fides, & Proles, patet: Quia Sacramentum pertinet ad Matrimonium, ratione inseparabilitatis, secundum Augustinum, lib. 9. super Genesim. longe ante medium; inseparabilitas autem essentialiter est Matrimonium, quam bonum Proles, & bonum Fidei: Nam postquam Matrimonium est contractum possunt ab ipso separari bonum Proles, & bonum fidei; vinculo tamen Matrimonii remanente. Prosequitur hoc idem probare, etiam citato pro se Riccardo in 4. sent. dist. 31. art. 1. qu. 3. & confutat oppositam sententiam Gandulsi dicentis: duo tantum esse bona Matrimonii, nimirum fidem, & Prolem, quo refutato, ita protequitur.*

Sed dic, inquit, quod Sacramentum Matrimonii dicitur hic inseparabilis conjunctio animorum, vel etiam mutua servitus, quorum utrumque est bonum Matrimonii, sine his autem bonis Matrimonium contrahi non potest: Postea vero sine his, esse potest. Ita dicit Gloss. Bartol. Brixienis in dicto cap. Omne: Ubi videt quod reprobat opinionem prædicti Gandul-

si: Et nota, quod dicit, hic, scilicet in dicto cap. Omne, quia ibi loquitur de Matrimonio B. Virginis Gloriosæ cum Joseph.

Tandem ibidem concludit S. Joannes, ita resolvendo: *Sed quid inquit, si per contrahentes nihil de prædictis bonis exitit cogitatum? (supple in actu contrahendi, vel in contrahendo) Respondetur, ait, quod adhuc Matrimonium est licitum, si aliud non impediat; sufficit enim, quod conditionem contrariam non apponant, quam si apponerent Matrimonium nullum esset, ut si diceret vir: contraho tecum, si generationem Proles evites, vel donec inveniam aliam digniorem, vel si te tradideris adulterandam; causa questus 20. qu. 4. cap. Inter cetera 32. qu. 2. cap. Aliquando, & cap. Solet queri, & supra de conditionibus appositis cap. fin.*

Quamobrem juxta Sancti, & Sapientissimi hujus Viri doctrinam, Pyrausta Matrimonium fuerit valida, & licita, veraque Sacramenta; ipse enim consensit in Matrimonium, quia Sponsas legitime desponsavit, ipsis consentientibus; rectam, sanamque immo sanctissimam habuit in contrahendo intentionem, nimirum Sacramentum profectendi, quia vir sanctimonia clarus; Fidem servandi, quia castissimus, & virgo, tot certaminibus probatus; habendi solatium sponsæ, ejusque societatem, ipsique intervenienti casto, & pudico amore ut fecit; & virginitatem servandi, proposito sibi exemplo Sancti Patriarchæ Joseph cum B. Deipara, nihilque de oppositis illicitis conditionibus, supra allegatis, apponendo. Enim vero Sanctus Joseph cum B. Deipara valide, licite, sancte, atque laudabilissime contraxerunt Matrimonium, cum virginitatis servandæ voto; ut ipse Capistranus testatur sic.

Idem de Matrimonio, disp. 3. qu. 3. art. 2. Capistranus: *Secunda consideratio, inquit, est, quia B. Virgo Maria antequam conciperet Filium Dei, Matrimoniale ordinem est professa, ut probat Luc. 1. ibi: Missus est Angelus Gabriel a Deo in Civitatem Galilee, cui nomen Nazareth, ad Virginem desponsatam viro, cui nomen erat Joseph, de domo David, & nomen Virginis Maria; Non est igitur paucula laus talis ordinis, cum fuerit per tantam Virginem decoratus, & quamquam proposuisset virginitatem servare, consensit tamen nihilominus: sane credi potest non solum Mariam, sed etiam Joseph apud se disposuisse Virginitatem servare, &c. Ita Capistranus, & cum eo Magister sentent. & alii. Si ergo fuit validum, licitum, sanctumque Matrimonium S. Joseph, atque Deiparæ, cum voto Virginitatis; eo magis talia videntur fuisse Matrimonia Pyraustæ, qui idea sibi proposita Matrimo-*

monii S. Joseph, & B. Deiparæ, Matrimonia contraxit, cum proposito servandi Virginitatem, si foret possibile, ut ipse dicebat, ut eundem possibile sibi certo certius videbatur ex facto S. Joseph, atque Deiparæ, fiducialiter agens, in spe Divinæ gratiæ sibi affuturæ, precibus, & meritis eorundem Sancti Patriarchæ Joseph, & B. Deiparæ, quos imitari gestiebat, ut vere, ac felicissimo exitu imitatus est semel, & iterum ad maximam Gloriam Dei, qui dedit potestatem talem hominibus; necnon ad Ecclesiæ Sanctæ exitium splendorem; atque fidelium insignie exemplum; ipse Dei Gratia aspirante, apud quem non erit impossibile omne verbum. Verbum namque Divinum, quod Matrimonium, quod antea erat in futurum in officium naturæ; & deinde in remedium, ipsum exultit ad celsitudinem Sacramenti, etiam consilium dedit de Virginitate servanda: proinde, qui hujusmodi consilium sequi, & assequi studeat, non apponit oppositam conditionem Matrimonio, cum quo est, & fuit in multis Sanctis compossibile, ut in Henrico, Eduardo Regibus, & Elzeario Comite, sed Matrimonium illustris reddidit, & virginitatem pretiosorem.

Mirabitur quis forte, in viro Agricola hos admirabiles ausus, quod sibi proposuerit exemplum, sine exemplo imitandum, conjugii scilicet Josephi, & Deiparæ, sed ne vanitatem in viro columbinæ simplicitatis suspiceret, recordari poterit illius Spiritus Sancti Verbi, (a) quod qui ambulat simpliciter, ambulat confidenter; fiducia enim Pyrausta in Deum in hoc facto, cum simplicitate adeo bene coaluit, ut perfectissime res sibi cesserit; namque & conjugia contraxit, & absque jurium conjugii injuria, virgo permansit. Et Deus non nisi in exemplum fidelibus suis proposuit factum Josephi, & Deiparæ, eundem imitandum, quod a nemine, quem sciam felicius, quam a Pyrausta imitatum fuit, ut sibi proposuerat, in gemino matrimonio. Proinde Augustinus lib. 2. de consensu Evangelistarum, cap. 1. Hoc exemplo (inquit, Joseph scilicet, ac Deiparæ) magnifico insinuat fidelibus conjugatis, etiam servata consensu continentia, posse permanere, vocarique conjugium non permixto corporis sexu, sed custodio mentis affectu. De consensu autem sponsarum in Sanctum Pyraustæ proposuit, evidentissima stat præsumptio in Pyraustæ favorem: quia nunquam constitit neque per facta, neque per verba, neque per ulla signa, nutus, aut indicia, sponsas suas, nec petisse, nec appetisse copulam, quinimodo cohabitasse, remota copula: hæc enim sufficienter ad præsumptionem consensus; consensus enim, qui præsumitur ab Ecclesiâ inter Sanctos Henricum, Eduardum, Elzearium, & alios hujusmodi, non constitit ex publica stipulatione in contractu matrimoniali, facta cum sponsis, sed vel ex eorum dictis, vel factis, vel ex rationabili præsumptione, & tamen eos, ut virgines recipit, & veneratur Sancta Mater Ecclesiæ, & in eorum Officiis, & Festivitatibus has eorum virtutes extollit. Qualis autem vitæ innocentia, morum sanctimonia, operum pietate, insignis fuerit Pyrausta? Et Deus signis admirandis testatus est, & testatur Populi, nationesque remotissime, in quibus versatus est, ac requievit, qui prudentia eximia margaritam pretiosam virginitatis in sinu velut concha latens clausit. Sciebat enim, etiam virginitatem infaturo posse, nisi a vanitate laudum abscondatur popularium, ut patet in Evangelio (b). Ideo tantum cum dubitaret se moriturum post secundum conjugium declaravit virginitatem sponsam superfluitem relinquere, ut decori

sponsæ, hæc declaratio proficeret, non ut sibi laudem adscisceret.

Quando autem Pyrausta quærebat sibi sponsam in sociam, feminam utique virtutis, & animi sibi similis, ut ei esset in adiutorium, ut in hoc creaverat Deus Evam in sociam, & adiutorium Adæ: non in perniciem, sicut Eva in perniciem Adæ degeneravit, adeo recte, & sapienter apponebat illa verba, ut si possibile afforet, cum sponsa in virginitate viveret, sicut Joseph, & Deipara: Optimo Pyraustæ videtur respondisse, & animos addidisse Augustinum, verbis suis illis de bono conjugali, cap. 3. *Conjugium, inquit, potest manere, etiam quando impossibilis est conjunctio maritalis.* Ergo a fortiiori, quando castitas virginalis pronuba intervenit nuptiarum, cui favet Deus integritatis amator, opitulatur Christus, virginitatis desponsatæ filius: Virgo ipse Virginitatis Ecclesiæ sponsus, quam fovet Angeli virginitatis intimi familiares, & Sanctus Joseph, atque Beatissima Deipara, dilectione maxima prosequuntur; quia vident sua exempla imitari, & per exemplorum suorum imitatores, mundo testari, & veluti facti prædicari, & ostendi, Sanctum Joseph cum Sanctissima Virgine Deipara vere conjuges Virgines fuisse, contra malignos diaboli sectatores Hæreticos, Virginitatem Mariæ Deiparæ blasphemantes. Si enim hodie in viro Agricola simplicissimi animi, ostenditur miraculum istud ingens, & rarissimum divinæ gratiæ, in gemino matrimonio servatæ virginitatis: non nisi stultissimus, aut consummata perfidia perditissimus aliquis negare audebit in conjugio S. Joseph, & B. Deiparæ, juxta viguisse præclarissimam virginitatem, cuius exemplo sibi proposito, potuit vir humilis, sed alioquin viribus robustus, robustiorque virtute, atque in Deum pietate, in gemino conjugio servare.

Auget autem in facto Pyraustæ admirationem, ultra quam credi potest, quod in suis Matrimoniis, tum in fieri, tum in facto esse apparuit præstantissimæ sapientiæ vir, cum esset humilis, simplex, & prorsus illiteratus Agricola. Magna quidem potentia Dei & ab humilibus honoratur. Ipse subit matrimonia sua tanta mentis securitate, cum proposito servandi virginitatem, si sibi possibile afforet, ad exemplum Joseph, atque Deiparæ, prout, sibi ex Deo possibile fuit, cum se credidit in hoc facto, ac si fuisset maximus Jurista, vel Theologus, & in sanctis Patribus veratissimus, quorum scilicet ejus factum eximium doctrinis, ut statim ostendere non pigebit. Sed vel in primis non prætereundum est, plurimum a seopo aberrare eos, qui Pyraustam asserunt contraxisse matrimonia, cum intentione non consummandi, quod minime verum fuit, quia ab intentione præscindebat; tunc potest enim quis ex allata doctrina Sancti Joannis de Capistrano in contrahendo matrimonio non advertere, seu cogitare de copula, aliique bonis matrimonii secundariis, quod est ab eis præscindere in contrahendo, absque detrimento contractus. Namque objectum immediatum intentionis mentis ejus, fuit virtus virginitatis servandæ, ad exemplum Joseph, & Mariæ, cui actui quidem consequitur propositum continentiæ a carnali copula, sed est de consequenti, non de principali; si quis enim in contrahendo haberet principaliter hunc actum: nolle utrumque se matrimonium consummare; poterit quidem in dubium verti validitas matrimonii, ob repugnantiam præviam ad bonum Proles: si quis autem amore virtutis, & excitemente exempli eximii, præcipue S. Joseph, & Deiparæ pro-

poneret, si possibile afforet, virginitatem servare, licet de consequenti præsupponatur continentia a copula, non est tamen tale propositum injurium Sacramento Matrimonii, nec bono Proles, quia pro objecto habet bonum præstantius, & Deo acceptius, quod est virginalis prærogativa, quæ omnes superat laudes, & captum, sua sublimi excellentia, dum rite, & sine offendiculo servatur etiam in matrimonio, ut Pyrausta fecit, & rite facere potuit, ut offendere facile, & plene, nunc ad Dei gloriam properamus.

Sanctus Bonaventura, vel S. Thomas, vel quilibet alius ex celeberrimis antiquis Doctoribus, cui adscribitur Opusculum inscriptum: *Compendium Theologiae veritatis*, Anno 1375. Venetiis impressum, per Deuchinum, Auctore Fratre Joanne de Combis Lugdunensi Minorita, lib. 6. cap. 38. de Matrimonio, pag. mihi 431. Matrimonium, inquit, est conjunctio maris, & feminae, individuum vitæ consuetudinem retinens: Matrimonium per sponsalia initiatur, per consensum animorum expressum per verba de presenti, ratificatur, per carnalem copulam consummatur, & perficitur. Ad hoc autem sciendum, quod duplex est perfectio: Prima est in esse simpliciter, secunda est in esse completo: sicut patet in Pueris, in quo est perfectio, quantum ad esse hominis simpliciter, sed non est in eo perfectio, quantum ad esse completum, secundum quantitatem, & operationem hominis. Eodem modo dicendum est de Matrimonio, de quo duplex est perfectio: Prima est, quæ facit Matrimonium, scilicet consensus animorum per verba de presenti expressus, & ad hanc non exigitur copula carnalis. Secunda perfectio est, quæ Matrimonium consummat, & ad hanc exigitur carnalis copula.

Hæc præclaram, & veram doctrinam, sibi mirifice applicavit Pyrausta in suis matrimoniis. Enim vero ita dicitur tantum perfectioni matrimonii, quæ dicitur simpliciter, & quæ constituit matrimonium ratum, & perfectum, ex consensu mutuo animorum præcedendo a carnali copula, quæ spectat ad matrimonium consummatum, in quo se habuit juxta superiorem doctrinam velut puer simplicissimus, innocens, & purus; virgo, & castus; sed vere sponsus. Ita enim erant vere sponsi Adam, & Eva in Paradiso Terrestri, ante peccatum innocentes, nudi, & puri velut pueri, procul ab omni copula carnali, ut evidentissime patet in Sacris Scripturis (a): Verum ne discédamus ab idea matrimoniorum Pyraustæ, quæ fuit Matrimonium S. Joseph cum Beatissima Deipara, tale quidem fuisse hoc sanctum matrimonium P. Mattheus Ferchius Vegliensis Minorita, Doctor, & publicus in Patavina Universitate Professor, in Epitome Theologica 4. sent. super Magistrum, dist. 28. qu. 1. ubi differens de Matrimonio hæc habet: *Quamobrem, inquit, potest transferri potestas corporis proprii in conjugem bistariam: Primo negative, quia vir solutus potest ducere quamcumque mulierem; mulier soluta quemcumque virum, potest quis dare & recipere potestatem corporis uni, ne liceat dare se alteri sub peccato, & pena adulterii, quæ obligatio obligat conjuges ad semper, & pro semper: Secundo positive, quia recipiens potestatem, acquirit jus petendi, dans sibi debitum reddendi, quod debitum obligat pro loco, & tempore. Priore modo Deipara, & Joseph Matrimonium contrahentes, transfulerunt potestatem corporum, non secundo, nec enim intemerata Virgo dedit, vel actum carnalem, vel potestatem, sive absolute, sive conditionate, idque ex speciali instructione Dei, & expressa pactione cum Joseph dicens non minus ad hominem, quam ad Angelum: Quo-*

niam virum non cognosco. Luc. cap. 1. Ita Ferchius in tota ista sua quaestione, cum Magistro sentent. hanc probat doctissime præcisam, & absolutissimam conclusionem, quam sic proponit, Conclusio, inquit, secundum Magistrum: Ad Matrimonium Christianorum non est necessarius consensus in copulam carnalem. Citat quoque in hæc sententiam Vorilon, qui fufe de ea differit. Adhæret huic sententiæ totis nervis Patres ex Salmantina Universitate Doctores, didi Salmanticenses tom. 9. de Matrimonio, cap. 3. punct. 3. ubi præclare de hoc differens sub num. 26. ita habent. Dico, inquit, secundo, quod si quis positivo excluderet duos fines extrinsecos Matrimonii, accidentales tamen, ut est proles procreatio, & concupiscentia remedium, licite, & valide Matrimonium contraheret; tenet Cajetanus tom. 1. Opus. tract. 12. de Matrim. qu. 3. Dicit. tract. 5. disp. 2. dub. 25. num. 213. Ut quando sexes contrahunt, absque spe proles procreande, aut steriles, qui tamen essent apti ad copulam, sed nec ipsam habere, nec remedium concupiscentie intendere, sed solum bonum matrimonii, quod est in cohabitatione utriusque bonorum communiōe, & amore, & mutua fidelitate, quia jam salvatur finis matrimonii substantialis, & non apponitur finis proxus; nemoque tenetur omnes fines matrimonii pretendere, quod constat manifeste in conjugio Beatiss. Virg. cum S. Patriarcha Josepho, in quo nec remedium concupiscentie, nec proles procreatio intendebatur, & tamen absque peccato, & valide contraxerunt. Cum istis sentit, & Pater Claudius Fraffen. Egregius Minorita Doctor, & publicus Professor in Universitate Parisiensi in sua Scoto Academico, tom. 4. tract. 3. de Matrim. disp. ultim. art. 1. q. 2. num. 11. ubi eruditissime asserit, & sustinet, quod copula carnalis non est pars essentialis matrimonii, ex quo plura hic ad propositum transcribere operæ pretium erit: Ecce igitur quemadmodum Pyrausta simplex Agricola, ad casta suæ virginitatis tutelam in nubendo, velut magnus, immo cælestis Theologus præcavit, &c. Et præcedendo a copula, intendit sponsas sibi assumere.

Neque nova, aut nutans hæc doctrina est, sed antiqua, solida, tutissima, atque fundata, cui nedum Theologi, sed Patres Sancti graviores, & jura ipsa concordant. Sanctus Joann. Chrylost. seu quilibet sit auctor operis imperfecti in Matth. & asseritur, cap. omnis vos, &c. Matrimonium, inquit, non facit coitus, sed voluntas. Et Ildorus lib. 9. Etymolog. cap. 7. & asseritur, cap. conjuges eodem &c. Conjuges, inquit, verius appellantur a prima desponsationis fide, quamvis adhuc ignoretur inter eos conjugalis concubitus. Cui accinit S. Augustinus de Nupt. & conjug. lib. 1. cap. 11. Conjug, vocatur, inquit, a prima fide desponsationis, quam concubitu non cognoverat Joseph, nec fuerat cogniturus, nec poterat (alias pejeraret) nec mendax manserat conjugia appellatio. Et idem addit Augustinus, inter Christi Parentes fuisse conjugium mente, non carne, nempe consensu, non copula: Et inibi pergit ostendere omnibus bonis, conjugium S. Joseph cum Beatiss. Deipara affuisse. Et de bono conjugali, cap. 1. loquens Augustinus de Matrimonio instituto ad casta in virginitate vivendum, non ad copulam: Poterat enim, inquit, esse in utroque sexu, etiam sine tali commixtione alterius obsequentis amabilis quedam, & germana societas. Quod enteleciat replicat ibid. cap. 3. Quod mihi, inquit, non videtur, propter solam filiorum procreationem, sed propter ipsam etiam naturalem in diverso sexu societatem, alioquin non jam diceretur conjugium in

jeni-

sonibus præsertim, si vel amisissent filios, vel minimo genuissent: Nunc vero in bono licet annofo conjugio, est emarcuerit ardor ætatis, inter masculum, & feminam; viget tamen ardor caritatis inter maritum & uxorem. Omnia hæc confirmata inveniuntur in placitis Summorum Ecclesie Pontificum definitum; Matrimonium per solum consensum verbis expressum contrahi, quæ videri poterunt in cap. cum locum, cap. cum apud Sedem Apostolicam, cap. tuæ fraternitati, cap. tua nos duxit: De Spons. Ex quibus omnibus uberrime constat Pyraustam sua Matrimonia contraxisse, juxta leges Dei, Naturæ, Ecclesie; & juxta saniorum doctrinam Patrum, Doctorum, & Sapientum, cui pro seuto insuperabili est matrimonium S. Patriarchæ Joseph, & Beatæ Virginis, ad cujus idem ipse propius cæteris, qui sponsi Virgines vixerunt, accessit, quo magis proposuerat ante nuptias, & in eis contrahendis in statu Virginitatis permanere conjugatus; sicut sibi constanti animo proposuerat ipsa Virgo Deipara, nullo de hoc cum Joseph habito prævio sermone: Et ipse Joseph, nullo habito sermone cum ea. Ita ut si quis vellet imponere Pyraustæ, quod male fecisset de suo proposito nihil sermone cum sponsis habendo, nihil proficeret; quia nec hoc fecerunt ad invicem S. Joseph, & Beatissima Deipara, & si hoc requiri in Pyrausta, quis persisteret vellet, ei satisfacere possemus, ostendendo quod satis ille sese expresserat, cum ante nuptias loqueretur; cupere se sponsam, cum qua vivere posset, velut vixerat S. Joseph cum Beatissima Deipara, de quo optime consili Parentes Puellarum, eas ei obtulerunt, quales cupere dicebat; virtutibus exultas, & averfas ab omni malitia, ut eas patrocinaretur, a periculis mundi eriperet, atque suis divitiis fovaret, aleret, ditaret, atque dotaret, ut generose, & liberaliter fecit. Et ista suggerere oportuit ad ostendendam, & ostentandam sublimitatem heroicæ virtutis Pyraustæ, qui emulando S. Patriarchæ Joseph, cum Sanctissima Deipara matrimonium, æmulos non paucos tum in vita, tum post, expertus est valde infensus; quod solet esse fatum virtutis, quæ sine æmulatione tepescit, & absque æmulis gloria debite famæ caret: Ideo ad tantæ virtutis splendorem audire fas erit, quæ obstant.

Obstiteret videtur in primis contra matrimoniorum Pyraustæ substantiam, Innocentius III. in cap. debitum, de Bigamis non ordinandis. Profectio, inquit, conjugum illud, quod non est commixtione corporum consummatum, non pertinet ad illud conjugium designandum, quod inter Christum, & Ecclesiam per Incarnationis Mysterium est contractum; juxta quod Paulus exponens illud: Hoc nunc os de ossibus meis, & caro de carne mea &c. statim subjungit: Hoc autem dico magnum Sacramentum in Christo, & Ecclesia. Igitur non videtur illud matrimonium esse Sacramentum, quod ad significandam unionem Christi cum Ecclesia, consummatum non est per copulam, quia matrimonium ratum, dumtaxat figurat conjunctionem Christi cum anima per caritatem: Ex 1. Cor. cap. 6. Qui adhaeret Deo, inquit, unus spiritus est cum Deo; quæ unio etiam fuisse inter Christum, & Ecclesiam, & justam animam, est Christus non advenisset, ideoque ad veram significationem connubii Christi cum Ecclesia, oportet copulam intercedere inter matrimonio junctos, & subinde neque matrimonia Pyraustæ fuerunt legitima. Hæc autem assertio licet magis late pateat, quam factum hic propositum, quia ad omnia familia extenditur, tamen contra jura adducta, & contra fundamenta pro nostro facto

Serry Tom. VI.

urgeret, nisi in promptu esset, quid responderi potest.

Quamobrem responso ex S. Bonaventura excut, qui dist. 26. in 4. q. 3. art. 2. ita sapientissime differit: In Matrimonio, inquit, considerantur hæc tria, scilicet, signum, officium, & remedium. Quantum ad significationem dicendum quod duplex est ejus significatio: significat enim conjunctionem Christi, & Ecclesie per caritatem, & conjunctionem eorumdem per naturæ conformitatem. Similiter duplex est officium; unum enim est mutue educationis, & tonenti, & aliud procurande prolis. Similiter duplex est remedium; unum est quantum ad concupiscentia defunctionem, ut scilicet non ad omnem mulierem intendat: Aliud quantum ad inordinationem, ut scilicet non libidine, sed amore prolis, nec sine matrimoniali affectu mulierem cognoscat. Primum igitur signatum, & primum officium, & primum remedium, sunt in Sacramento Matrimonii, quantum ad conjunctionem animorum; secundum est solum quantum ad conjunctionem corporum. Et primum est de substantia Matrimonii, quantum ad esse necessarium; secundum quantum ad esse plenum. Ex qua pulchra doctrina deprehenditur, quod significatio, & representatio connubii Christi cum Ecclesia quæ fit per Sacramentum Matrimonii, non est tota, nec completa, nec precipue ratio Sacramenti hujusmodi: cum in ratione Sacramenti Matrimonii sit & ipsum signum sensibile gratiam Dei efficaciter significans, quæ confertur in tali Sacramento Animabus susceptivibus illud, & hæc est ejus præcipua significatio, ideoque alie significationes figurales se habent incompleta ad Matrimonium, & mystice tantum: nec significatio conjugii Christi cum Ecclesia, si sola sumatur, refert perfectam rationem Sacramenti, quam rationem Matrimonii præcisè desumit ex hac dignitate, quam scilicet obtinet, prout ratione gratiæ sanctificantis, quæ invicem conjugantur conjugum Animi, representat istam unionem Christi cum Ecclesia per caritatem, & gratiam ipsam sanctificantem, quam infundit: ideoque & Apostolus de illa loquitur conjunctione Christi cum Ecclesia, quæ fit per caritatem, & gratiam, quam Matrimonium representat. Et ita juxta S. Bonaventuræ doctrinam interpretari debent verba Innocentii, de Sacramento Matrimonii quantum ad esse plenum, cum omnibus accidentalibus, ipsum concernentibus.

Nititur quidem Gratianus assumptum hoc sustinere, quod scilicet copula carnalis sit pars Sacramenti, ita ut sine copula carnali Matrimonium Sacramentum dici nequeat, & allegat pro se 27. q. 2. Can. Non est dubium &c., Et Can. cum Societas &c., sed in hoc rescitur, quippe cum Canones illos falso attulerit, ut ostendit Fraffen. Quare magister sentent. quæ in hac re laudat ipse Calvinus, cum num. 26. recitat præfatos Canones illos duos, quorum primam de promptu fingit ex verbis Sancti Augustini: Alterum ex verbis S. Leonis Pape, ad insinuandum, quod copula carnalis, & commixtio sexuum necessaria sit ad perfectum conjugium in ratione Sacramenti; ipse Magister contra Gratianum sic iusto zelo declamat.

Hoc, inquit Magister, si secundum superficialium verborum, quis acceperit, inducitur in errorem tantum, ut dicat sine carnali copula non esse contractum Matrimonium: Et inter Mariam, & Joseph non fuisse conjugium, vel non fuisse perfectum, quod nefas est sentire. Tanto enim sanctius fuit, atque perfectius, quanto a carnali opere immunit. Sed superius posita, ea ratione dicta intelligenda, non quia pertinet Mulier illa ad Matrimonium, quod expressam, & plenam tenet figuram conjun-

T

Gio-

tionis Christi, & Ecclesie. Figuratur enim illam unionem Christi, & Ecclesie, quae est in caritate, sed non illam, quae est in naturae conformitate. Est ergo, & in illo Matrimonio typus conjunctionis Christi, & Ecclesie, sed illius tantum, quae Ecclesiae Christi caritate unitur: non illius, quae per susceptionem carnis capiti membra ununtur. Nec ideo tamen minus Sanctum est conjugium; quia ut ait S. Augustinus, in nuptiis plus valet Sanctitas Sacramenti, quam fecunditas ventris. Est etiam conjugium signum spiritualis conjunctionis, & dilectionis animorum, quae inter se conjuges uniri debent; unde Apostolus ait, viri diligite uxores vestras, ut corpora vestra. Haec excerpta sunt ab ipse Frassenio, quae apprime muniunt ea, quae hactenus allata sunt pro Pyrausta mirabili Matrimonio, de quo ut Sacramento magis audiendi sunt Theologi, quam alii quicumque.

Contra Pyraustam tamen, sicut infurrexerunt Sponsarum Parentes, dum viveret, sic modo infurgere possent pro his, illi, qui factio dictis repugnant. Parentes sane insane infurrexerunt contra Pyraustam pro filiabus suis sponas ejus, illum injuriis impetentes, quod non fecundaret sponas, immo sperneret, Matrimonia non consummando, improperantes impotentiam ad Matrimonii usum, & in iudicium vocaruros minantes ad dirimendum Matrimonium; & hi praecipue primae sponae Parentes fuerunt. Quibus modeste Pyrausta mitis respondit, ut in facto retulimus. Hujusmodi turbas excitatas a diabolo, quis non videt? Invidet diabolus hominibus ab initio; & invidit praecipue Protoplastis nostris in Paradiso, dum virgines in conjugio viverent, pace summa inter sese, & cum propriis concupiscentiis nondum rebellibus, & Adam per uxorem decepti, atque turbati; inde malignus ille hostis didicit per uxores maritos impetere, ut impelleret in praecipit; ita curavit per uxorem impellere Sanctum Job, patientiae prodigium; & Sanctum Senem Tobiam pariter per uxorem pervertere conatus est: nunc autem valde mirandum est, quod per parentes Sponsarum, Pyraustam impellere conatus sit, non per ejus sponas! Certe in facto Pyrausta invenerat Satan, quid magis invideret, & sua malignitate persequeretur, quia exempla tantae virtutis, quae absconderat Deus diabolo, ut refert Martyr Ignatius, in Domina nostra Maria, ut deciperetur in sua malitia; in Pyrausta renovata patebant, in exemplum futura ad inferni destructionem, & Dei gloriam supremam. Tamen sponas silentibus, Parentes perstreperare audiuntur, utique per Satanam incitati ad tentandum probum Pyraustam. Cur ergo non potius incitavit sponas contra ipsum? Non nisi certe, quia cum sponso jam de virginitate servanda, convenerant.

Dicit forte aliquis, quod sponae, ut verecundae, de copula Matrimonii Marito Pyrausta quidquam mutire non sunt ausae ex erubescencia, & fortasse Parentibus suis fidentius, praecipue matribus, hoc dixerint. Haec vana omnino, & insubstantia sunt figmenta. Et vel in primis, quia nullus unquam dixit aut dicere, seu testari, & interrogatus, potuit; quia falsum pterfus est: Insuper licet ego qui haec scribo, uxorem nunquam duxerim, scio tamen ex ministerio Sacramenti Poenitentiae, uxores minime posse quiete, & non in maxima jurgia prodire, si vel mariti eas non cognoscant, vel in fraudem matrimonii, alienis foeminis adhaerant, ita ut ex zelotypia, vel ex negligentia mariti ad copulam fiant adeo impatientes, ut domum invertant, familiam obvertant, apud amicas quarelas maximas, & perpetuas misceant, aliquando maritos

deferant, fugiant, spernant, & in iudicium provocent; per veneficia, per maleficia, & per ipsos procos sibi ad vindictam procuratos, enecent; legi enim apud peritas medicae artis, feminam incentiva concupiscentiae duriora experiri, quia per primam foeminam Evam, concupiscentia evasit mala, & rebellis in nobis, & ex aliis rationibus, quae patent expertis, & modestia honestatis hic reticere cogit. Si ergo Pyrausta cum suis sponis pace fruatur tranquilla, nec auditur in eius domo ulla, nec minima turbatio, & tamen viget inter ipsum, & sponas castissima virginitas, quomodo fingi poterit, Pyraustam male cum suis sponis se gerere, ipsique invitis a copula carnis abstinere.

Quod vero sponae quidquam manifestarint Parentibus, omino inverisimile est: nam postquam Parentes increparunt Pyraustam eique minati sunt in iudicium provocatos, & hoc non obstante ipse perseveravit in sua virginitate; si ex sponarum quarelis Parentes hoc fecissent, & postquam fecerint inter ipsum, & sponas castissima virginitas, quomodo fingi poterit, Pyraustam male cum suis sponis se gerere, ipsique invitis a copula carnis abstinere.

Dixerunt quidam, quod Pyrausta esset, vel impotens, vel insensibilis, vel mulierum osor. Verum insensibilis potius, qui haec effutire ausi sunt. Impotens non erat Pyrausta, quamquam prope sexagenarius, quia centenarius est mortuus, & ultra septuagesimum annum ferocissimos tauros silvestres domabat, contra indomitas bestias conflagabat, & si contra ipsum diabolum sensibilibus luctatum fuisse asseverarem, falsum non asseverarem; labores autem indefessos, & gravissimos indefatigabilis usque ad mortem subivit, & vegetus semper persistit; quomodo ergo impotens? Spado, vel Eunuchus non erat, & si talis fuisset, nec inisset Matrimonium, nec evitasset molestias libidinis, a quibus non eximuntur Spadones, aut evirati, aut patet apud Auditores de hujusmodi tractantibus, & ex ipsis Eunuchis, vel eviratis viventibus. Insensibilis neque fuit, quia filius Adae erat, sicut quilibet homo ex eodem luto participans; quomodo ergo ut homo natus de muliere; ceterorum hominum miseris non repletur? Quod vero odio haberet foeminas; unde colligi (bone Deus!) unquam potest, cum foeminas sibi sponas quaesierit, easque dotaverit, nutrierit, eis perfectissima dilectione blanditus fuerit, & suas haeredes ex alle institutus esset?

Cogentur ergo, velint, nolint, dicere, qui talia suspicantur; Pyraustam a Deo, cui fidelissime serviebat, tali munitione fuisse gratia, & decoratum innocentia; ut sicuti in suis membris gerebat Christum, & corpus suum castigabat, in servitute spiritus redigens, virgo vivens, & castus invitis diabolo, & mundo, foeminarumque insidiis, & carnem suam diris cruciatibus, & laboribus, atque macerationibus persequens, carnem alienam non appetere, immo ab ista abstinere; noverat. Dominus sui ipsius factus, suorumque appetituum moderator, ut jam ex diuturna virginitate balsamum incorruptionis, ex gratia Dei, ita induerit, ut omnium foeminarum consortia, commercia, & ipsam halitum evitans non sit veritus cum suis sponis, tutissima virginitate conversari castissime, gratia fretus Sacramenti, protectione Altissimi, & praecipue Virginis Deiparae,

para, Sanctique Joseph, cujus exempla rediviva fecit, & aliis pervia illis, qui fiducialiter agunt, spe in divino auxilio firmata.

Quod autem simile cum Pyrausta propositum induere potuerint, immo & induerint ejus sponae, patet ex earum quiete, & tranquilla cum sponso pace; & quia foeminae rarae virtutis erant, ab ipso tales qualitate, & selectae, ita ut nec earum pacem cum sponso, diabolus potuerit interturbare, neque ausus fuerit hoc pertentare, immo nec ipsas suggestionibus convenire, aut circumvenire, quod utique si potuisset, fecisset, ut fecit cum aliis viris etiam sanctissimis, quia durius ita Pyraustam potuisset exagitare, & sua malitia, magis sperare victoriam, quam non obtinuit, licet per Parentes sponarum cum aggredi non desisterit. Juvit praeterea plurimum sponas ad castam virginitatem, sponsum talem habere, qui virginitatem colebat, purissimamque castitatem spirabat. Si enim Sanctus Antonius de Padua liliolum illud virginitatis conspicuum, data sua tunica cuidam Juveni Novitio acerrime a diabolo, & carne, ardoribus vehementissimis libidinum vexato: statim ac eam induit Novitius, sensit se profus liberum a peste luxuria: Quanto magis hoc donum per Christi gratiam, & castitatem a viro castissimo sponso veluti contrahere poterant sponae, ex intimo cum eo contubernio? Agitur enim hic de viro meritis, & virtutibus celeberrimo. De hujusmodi rebus plane aequi non erunt iudices, qui sub libidinum, & concupiscentiarum tyrannide vivunt captivi, suae carni vim inferre nescientes: (a) Sed iudex fit ille Paulus Apostolus qui a Satana fugiter colaphizatus, & stimulis suae carnis dire torus, verumtamen invictissimus persistens, omnes cupiebat virgines esse, sicut ipse erat, & unicuique ex divina largitate donum aliquod concessum asseverabat. Pyrausta ergo donum virginitatis consecutus, sicut cum sua carne jam domita in pace vivebat, sic nec timebat a carne suarum sponarum virginitatem, quas tamquam Innocentes candidaque columbas, ut ipse eas vocabat, sponso Christo custodiebat, nutrebat, & brevi ad Christum transiit.

Quod vero esto perculli, Parentes sponarum, Pyraustam aggressi fuerint, non quidem a sponarum quarelis, sed ab iniquo mammona excitati fuisse, ostendit ipse Pyrausta, cum ad eos placandos, protellatus fuerit, se relictorum sponas ex alle haeredes, ut commode, & procul a necessitate viverent, si contingeret ipsum eas praevire morte, quod de utraque facturus erat, nisi ipse morte praevissent illum; quod non sine munere accidit, quia cum videret Deus, Parentes sponarum, a jurgis, & molestiis in Pyraustam non quiescere, citius sponas ad se vocavit a faculo, quae candidiores lacte, ut Palumbes ad Christum Sponsam evolarent. A nullo ergo mori praeterquam a propria avaritia, quia pauperes valde erant, de quo conquestus est apud Religiosos Pyrausta, confurrexerunt in ipsum, sponarum Parentes; eo quod jam ante matrimonia, scilicet ejus propositum, vivendi cum sponis, ut S. Joseph cum Deipara, nec videbant filias sponas uterum gerere, & ex alia parte per haeredes inhabant ejus divitiis, ut per haeredes tutius assequerentur. Ita erant Parentum motiva. Tamen bonus Pyrausta mortuus sponis, dotem, quam ab eis non receperat, sed ipse sponis tradiderat de propria substantia, mortuis illis, Parentibus, ac si recepisset, dono transiit.

Sed per Confessarium quid suadere sperabant Pyraustae Parentes sponae secundae, cum ipse sci-

Serry Tom. VI.

ret, atque pluries testatus fuerit incomperato esse; seque certissimum suas sponas, nec movisse ex Parentibus turbas, nec unquam per minimum nutum appetuisse copulam, quam & forte ignorabant; quia tenella puella, & horrebant, quia omnem ignorabant malitiam, & fortasse si Pyrausta copulam petiisset, & scandalizasset; Puella enim virtute praestantes, & praecipue tenella, pudorem suum servare magis contendunt, quam amittere. Non enim ubique tanta immodestia, immo & honestatis iactura praeventuntur, aut celebrantur nuptiae, ut in quibusdam locis (utnam non inter Christianos) contra quos improbos modos exaggerant Sancti Patres: Nuptiae namque Pyraustae cum suis, sponis fuerunt ad instar nuptiarum Joseph, & Deiparae, quos imitari sibi proposuerat Pyrausta, scilicet pronubo Patre coelesti, Paranympis Angelis, & conjugatis Virginitibus: neque Confessarius partialis Parentum sponarum, injicere poterat scrupulum menti Pyraustae, qui & noverat ab illis Confessarium indutum, quia matrimonia non consummaret; certe enim ex reponis Pyraustae deprehenditur ipsum apprime in re sua instructum fuisse, & fortasse per alios Doctores Theologos: quia in reponis ejus invenitur doctrina sublimis, quam supra dedimus de multiplici scopo matrimonii; & quod de ipsius essentia, ut ratum, non erat copula; ipse namque aiebat, se cum sponis suis sanctis amore cordibus, castissimo tamen in societate pacifica, & tranquilla junctisque animis vivere; eas optime tractare, & in cuiculis praesto esse, ut ipsamet facerentur, quarum sciret ipse intentione n, procul ab hujusmodi appetitibus, easque interrogandas esse prorsusquam suae quieti molientur perturbationes. Confessarius autem a prima vice non amplius Pyraustae de hoc verbum facit. Quinimo Pyrausta suam sponam ingenue certiore fecit, nec tamen illa de hoc ejus noverat conscientiam, quod constitit, eo quia Pyrausta vir timoratissimae conscientiae, immobilis in sancto proposito virginitatis cum spona perseveravit. Si vero sponae opera, haec contentiones ortae fuissent, spona non reticisset, Pyrausta spono sibi narrante a Confessario audita. Inde est, quod Pyrausta sponarum suarum puritatem, & sinceram animi, & morum praestantiam laudibus solebat efferre. At quis unquam praesumeret virum tanta virtutis, talis conscientiae, & insignis Sanctimoniae, voluisse illudere, atque decipere sponas, & suam animam perdere? Nonquid factum hoc haberet aliquid inhonesti, aut viriosi? Agitur de virtutibus summis hic, & de rebus profus divinis, divinitus inspiratis, devote, atque sincere peractis, & optimo fine clausis; Pyrausta erat virtutis vir; sponae virtutis foeminae, per virum magis magisque virtuti captivandae; & si, ut inquit Apostolus (b), per virum fidelem salvatur in Matrimonio mulier infidelis; quanto magis per fidelissimum virum, fidelis, & virtuosa spona ad virtutem magis trahi poterit (c), ut traxisse putandum est suam sponam Pyraustam? Equidem si verum est, quod per David dicitur. Et cum innocente innocens eris, autem etiam deducere: Cum viro virgine, virgo spona erit; quia semper verum erit, quod virtus, est affecutione difficilis, quia virtutem possidere Dei sudore paradum; verumtamen conformior est creaturis rationalibus, & allicit, atque attrahit eorum animos; etiam quamquam natura humana peccato originali vitata sit, semper est in virtutem propentior; eo magis anima, quae gratia Dei fuit per Sanguinis Christi lavacrum regenerata, & eo vel maxi-

T 2 me

me Animæ illæ, quæ sunt in virtutibus Christianis educatæ, ut fuerunt sponsæ Pyraustæ, quæ virtutibus assuetæ, & in virtutibus enutritæ ætate teneræ, & consuetudine viri in virtutibus consummatæ, ejus exemplo, & sancta persuasione, secum in sancta virginitate vivere facile inductæ fuerint, Dei aspirante auxilio.

His non obstantibus, injustitiæ incusare tentant Pyraustam, eo quod conjugum, seu Matrimonium cum sponsis non consummaverit, sed injuste quidem hæc injustitiæ nota ei inuritur: quia Pyrausta vir justus erat, prout justitia intelligitur quidam cumulus omnium virtutum, ut patet in tota serie ejus diuturnioris vitæ. Et justus etiam justitia, quæ est virtus ad alterum, reddens alteri, quod suum est; quia Pyrausta non tam cuique, quod suum erat tribuit; sed & sua quibus non deberat generosa, & magnanima liberalitate distribuit, ut in ejus gestis insignibus narratur; ut non Agricola, sed regium animum, manum, & indolem, se possidere ostenderit; etiam inter ingigniores orbis benefactores computandus: quia mundò ipsi industria, & ingenio profuit. Nunc autem verum quidem est quod conjugalis copula, debitum nuncupatur, & debitum reddere est justitia commutativa unusquisque tenetur; atamen quia Matrimonium, ejusque copula cum ex indulgentia Dei creatoris sit; virginitas autem sit ex consilio Redemptoris Dei, & etiam in conjugis Pyraustæ hocce consilium præ copula elegerit servandum, si possibile afforet; quamvis contraxerit debitum copulæ, animo servandæ virginitatis, si foret possibile, Deo adjuvante, invenit ipse modum, quo sibi foret possibile. Debitum namque copulæ conjugalis non est debitum redditionis alicujus accepti, præcipue si Matrimonium sit tantum ratum; sed debitum alicujus rei ex mutua obligatione, & conventionione reddendæ quando, & quoties petatur, & opus sit; si vero non petitur, obligatio remanet habitualis tantum, non actualis, quæ actualis sit, cum actualis intervenit petitio.

Neque adeo rigorosum est illud debitum, ut etiam si petatur reddendum sit statim post Matrimonium ratum; conceditur enim ab Ecclesia spatium duorum mensium cuique sponso ad suspendendam redditionem etiam petitam, ut interea si Spiritus Sanctus ei inspiraverit Religionem amplecti, ut multi fecerunt, vel aliud insigne bonum opus perficere, ut fecit S. Alexius, tempus eis addit. Ita ex cap. publico. De convers. conjug. ibi. mandamus &c. Horum autem duorum mensium spatium initium habet ab eo tempore, quo exempli gratia aliquis ex sponsis quærelas moveret contra alterum, qui sibi non redderet debitum petitum; ut asserunt Canonistæ in dicto cap. ex publico. Et signanter Glossa, verb. Infra duorum. Et ibidem Glossa marginalis. Et ibid. Bur. num. 12. Hostiens. num. 4. Zabarel. num. 15. Fagnan. num. 36. Confutans Basilium Pontium, cum pluribus Theologis.

Perinde, quis scire potest, an Pyrausta prima nuptiarum nocte loco consummandi Matrimonium convenerit sponsas, sanctas, & efficaciæ exhortatione, sicut fecit Tobias Junior suam sponfam Saram, quam his compellavit verbis Tob. cap. 8. Sara, inquit, surge, & deprecemur Deum hodie, & cras, & secundum cras; quia bis tribus noctibus Deo jungimur; tertia autem transacta nocte in nostro conjugio erimus. Filii quippe Sanctorum sumus, & non possumus ita conjungi sicut Gentes, quæ ignorant Deum. Et Tobias hoc consilium habuit ab Angelo Raphaelo ipso comite suo, qui inter-

ea alligavit maledictum dæmonem Asmodæum, qui necaverat septem alios Sponfos Saræ, qui ut perhibet Scriptura, sicut equi, & muli in sponfam libidinose irruerant. Ita & Pyrausta potuit exhortare, & exorasse suas sponsas, ut non ad triduum differrent copulam, sed ad mortem usque amore Christi, & virginitatis, proposito exemplo Deiparæ cum Joseph, in quo ita sibi complacuerit Dominus, ut gratiam suam præbuerit, & Angeli virginum Socii, & Pyraustæ domestici, dæmones statim alligaverint, qui solent sacras nuptias inficere libidinibus, & ita consenserint Sponsæ.

Quali autem Pyrausta polleret energia in suadenda castimonia, & virginitate, apparuit, quando raptam pulcherrimam virginem suæ fidei commendatam, a qua terribiliter ad turpia sollicitabatur usque ad se coram ipso in oculis ejus nudam constituendam, tamen constantissimus vir eam ad meliorem frugem perduxit, & a vitæ discrimine subtrahens, inter Deo sacras virgines, sponfam Christi effici induxit: quanto magis ergo suis Sponsis pudicissimis hoc insinuare prævaluit, ut secum virgines viverent. Alias etiam jam religiosæ militiæ adscriptas, advertens quemdam Procum Juvenem, mulierculæ verbis parum honestis lenocinantem, hortatus ut desisteret, & modestæ castitati studeret, speret ab ipso, obstinatioris factio; Procus a diabolo arceptus suffocabatur, ni Pyrausta accurrens, & Procum, & diabolum increpans, & a vitio, & a diabolo liberasset, ita Deo zelum castitatis munerante.

Et si me conveniant oppositores dicentes. Unde hoc ego noverim factum a Pyrausta? Ego quoque reponam: Unde ipsi noverint, aut potuerint asserere oppositum? Vel unde noverimus nos factum illud Tobie; dilationis copulæ, ac orationis, dæmonisque alligationis? Numquid a Parentibus Saræ, aut aliis hujusmodi? Minime gentium. Hoc a Spiritu Sancto sacris insertum fuit scripturis, in exemplum. Et hoc nunc potest fuisse Ecclesiæ suadere cœlestis, in facto Pyraustæ. Quia hujusmodi facta solum Deum habent testem, nec evulgantur hominibus, nisi post mortem Heroum, qui talia patrarunt: ne in laqueum verteretur eorum virtus, si in vita patereceret, vel in quietis detrimentum, ut ex sola suspitione evenit per Parentes sponsum Pyraustæ; sed putaverim ego, quod forte ne opus fuerint hortationes Pyraustæ ad suas sponsas: quæ ut tenella erant, & compotes virtutis, malitiæque exortes, potius integritatem, quam profitebantur in anima, amaverint servare etiam in corporibus, inficiæ omnino venerantur illecebrarum: quæ ex semetipsis simplicibus cordibus Puellarum, honestate, & verecundia ornatarum non sunt gratæ, immo potius tales Puellæ refugere, & horrere solent, ut dictum est supra præcipue in suæ mortituræ virginitatis initiis, si in maritos incidierint, in quibus non inveniant Pyraustas hujusmodi virtutis viros.

Sed juxta effatum divinum: (a) Qui sanctus est, sanctificetur adhuc, & qui justus est, justificetur adhuc: Si Pyrausta contra justitiam peccasse culpetur, copulam non excedendo cum sponsis; videndum quare, & contra quam justitiam peccaverit, ita ut injustitiam sponsis fecisse constet. Doctrinam tritissimam justitiæ habemus, quod totidem modis dicitur injustitia, quot justitia. Justitia autem hic sumenda, & consideranda; vel est legalis, vel distributiva, vel commutativa, quibus prout injustitia adversatur, etiam dividi potest totplex. Contra quam ergo justitiam

tiam peccavit Pyrausta? Non quidem contra legalem, nam in bonum commune sua copula cum sponsis necessaria non erat, quia mundus repletus est populis, nec indigens crescere, aut multiplicari; alioquin jam nulli liceret Deo in castitate virginali inservire. Qua stulta supposita necessitate imprudentes filie Loth cum inebriato Patre incestuose concubuerunt (a), putantes in mundo post incendium Pentapoleos, jam defecisse homines. Non contra justitiam distributivam, quæ respicit divisionem bonorum communitatis per idoneam personam faciendam proportionaliter, quod nullo modo ad rem nostram spectat, ut intuenti, & intelligenti patet. Non contra commutativam, quæ dat tantum pro tanto dati, & accepti, ita apud omnes peritos de justitiis differitur. At Pyrausta nihil a sponsis acceperat quantum ad copulam, ut debitum reddendi, aut restituendi haberet, neque quidquam a sponsis ab eo petebatur, verbo, vel nutu, ut debitor constitueretur. In Matrimonio enim tunc unus alteri debitor proxime, & immediate constituitur cum obligatione reddendi, quando ab eo petitur, quod ut petitum dare debet, vel jam accepit, ut æquale reddat: alioquin debitum manet remotum, & in potestate ejus, qui non reddit, quia non petitur, aut non recipit; aut quia habet legale interstitium ad reddendum: Cum autem per petitionem constituitur quis debitor petiti, si non reddidit, reus etiam debiti constituitur, & a iudice compellendus. Quæ igitur injustitia Pyraustæ, quod non dederit id, quod ab eo, nec verbo, nec nutu fuit a sponsis expetitum, juxta contractus matrimonialis naturam, nec ipse restituere debuerat, quia nondum Matrimonium consummando, receperat? Quid autem ad feros ejus pertinebat, de hoc ut ipsum compellerent ad reddendum, quod nec acceperat, nec ab eo expetitum fuerat, immo fortasse ex condito cum sponsis, nec reddendum erat; Facebant ergo focii Pyraustæ, quibus si aliquid juris competere ex ultronea liberalitate concesserimus, hoc erit tantum in eo, quod filias potuerint tradere in sponsas Pyraustæ; ceterum de copula Matrimonii cura omnis pertinet ad eosdem sponso, non ad feros, qui si inter sese suæ mentis, & corporum velint integritatem servare, non ad feros spectat eis legem aliam ponere, nec ex eorum clamoribus ullus in suspensionem venire debet, quod Pyrausta vir illibata, & integerrimæ conscientie nesciat, aut nolit, quod suum est juste exequi.

Videntur quidam teneri cordis, velut sponsis compatiens, quod per copulam non agnoscerentur a sponso Pyrausta, ipsum habere pro homine parum in uxores clemente, ac benigno, quasi quod luxuria in Matrimonio sit operatio excellentior virtutibus ipsis excellentissimis; sed Proh! quantum allucinantur! Immo reprehensibiles sunt! Corruptere namque virgines in actu Matrimonii ad bonum tantum prois, aut ad remedium propriæ fragilitatis ex indulgentia bonum aliquod est; clamante magno Apostolo Paulo: Ego autem vobis parco (b): Verum quid subdat perpendendum est magis: Hoc itaque, ait, dico fratres, tempus breve est, reliquum est, ut qui habent uxores tanquam non habentes sint. Quæ verba utinam, ut Pyrausta probe intellexit, & summa prudentia observavit; ita intellexerint, ac observarent, & reliqui. Pyrausta licet poterat suis uxori jungi per copulam; at fatius duxit, sicut eas dotaverat, atque egregie nutritæ, & sancte dilexerat: etiam quod maximum est, sibi obsequium præstare, nimirum eis conservando inesti-

mabile, ac pretiosissimum Theaurum virginitatis, quod & fecit; neque sponsis displicuit, immo credendum est, eis placuisse, quia nunquam displicuisse apparuit, sed potius placuisse, & proinde præsumendum est consensisse. Hæc autem, quæ dicimus auctoritate, aut testibus non indigent, quia sunt reipis ex terminis nota, practica, omnibus scientibus, aut etiam nescientibus nota.

Unum tantum pro coronide addam, nec posse insimulari Pyraustam de nimia fidentia circa familiaritatem mulierum, quæ sæpius in discrimen viros etiam heroicis adduxit: quia nunquam invenietur, hoc Pyraustam imprudenter peregrisse. Fidentius quidem egit, sed fiducia in Deum, non in se. Hoc evidenter patuit, cum videns se obnoxium foeminarum insidiis in Hispania suæ nativitatis tellure, nec sufficere ab occasionibus se subtrahere, ut prudenter curabat, tandem, ut solveret insidiarum laqueos sibi a diabolo passim paratos, solvit in Mexicum; ubi si uxores duxit, & cum ipsis familiarissime, & blande versatus est, fecit, ne ipsis videretur insensus, aut minus casto, & debito amore conjunctus a Deo confortatus, & gratia sua roboratus. Quando enim nisi in casibus istis impleretur verba Spiritus Sancti per os Isaïæ, probantis justitiam cincturam lumbos Messias, & fidem cincturam futuram renum ejus, nisi quando hæc monstra virtutis apparent in fervis suis virtute gratiæ ejus? Notent verba sacrorum Mysteriorum petiti, & signent Mytheria, & videant si mentiamur de Pyrausta.

(c) Et erit, inquit Isaïas, justitia cingulum lumborum ejus, & fides cincturam renum ejus. Habitat Lupus cum Agno, & Pardus cum Hælo accubabit: Vitulus, & Leo, & ovis simul morabuntur, & Puer parvulus minabit eos. Vitulus, & Ursus pascentur: simul requiescent catuli eorum, & Leo, quasi bos comedet paleas. Et delectabitur insans ab ubere super foramine aspidis, & in caverna reguli, qui ablactatus fuerit, manum suam mittet. Non nocent, & non occident in universo monte sancto meo; quia repleta est terra scientia Domini, sicut aqua maris operientur. Cum ergo justitia cingit lumbos, & fides præcingit renes, nec renes, nec lumbi exuberant in luxuriis, Deo, & Christo præservante. Si gratia Messias adjuvante, habitat Lupus voracissimus cum Agno, & accubit Pardus crudelissimus cum Hædo: cur magis, & habitare, & accumbere tuti, & caste non poterant Agnus cum Agna; & Hædus cum Hæda; Si puer parvulus fecas has immatissimas minare valet; cur Pyrausta, puer simplicitate, & parvulus innocentia minare non poterit, & ducere per liliata pascua virginitatis, duas tenellas juvenulas, sponsas suas absque eorum, suæque virginitatis damno: etiam si in eorum cubiculo habitat? Si Vitulus, & Ursus simul pascentur, & simul requiescent eorum catuli; cur, non vitulus cum vitula commensales non fuerint ambo inscii malitiæ, quia Vituli, & Victimæ Deo sacra? Sed quid Catuli Vituli, & Urui, qui cum sint ejusdem sexus catulos filios habere nequeunt, nisi intelligantur cogitationes, & affectus sponsi, & sponsæ in pace castitatis concordæ? Et si Leo, quasi Bos comedet paleas, utique Pyrausta viribus, & virtute Leo, Bovumque domitor comedet quidem paleas frugiferæ virtutis, non fœnum, cui comparat Isaïas carnes humanitatis, cum dicit alibi. Omnis caro fœnum (d). Et si delectatur insans in foramine aspidis; & qui ablactatus fuerit in caverna reguli, manum suam mittet, absque nocimento, & peti-

(a) Apocal. cap. 23.

(a) Genes. cap. 19. (b) I. Cor. cap. 7. (c) Isa. c. 11. (d) Isa. c. 40.

periculo vitæ: utique Pyrausta infans malitiæ expers, & ablaclatus ab ubere divini pectoris, seu amoris, ludet tutus in foramine aspidis, & in caverna reguli, quæ utique innuunt foramen luxuriæ, & cavernam libidinis, delectabitur innocentie simplicitate, & mittet manum cultodiendo sponfas præter ullum detrimentum virginitatis, quia repleta est terra humanitatis ejus scientia Domini, quæ charitas Dei est, seu Spiritus charitatis, & scientiæ ipsius; sicut aquæ maris operientes, quæ non quidem valent extinguere charitatem, sed valent extinguere fomitem pravum, & ignitum libidinis; ut aquæ maris salitæ sunt, & sicut ab incorruptione præservat sal, ita a sale divini gratiæ, & sapientiæ, incorruptio impertitur fragilitatibus nostris, ad perseverandum in castitate, virginitate, omnique præclara virtute, quam Deus velit quibus vult impertiri. Et ut uno verbo dicta concludamus; Pyrausta, animal est, quod de igne vivit, degitque in igne tanquam in proprio centro, incombustus; ita & Pyrausta noster, ut Elias igne enutritus divini amoris in igne incombustus vivere potuit, in quo alii in cineres rediguntur, &c.

Infrascripti Sacre Facultatis Parisiensis Doctores Theologi, de quodam Viro eximia virtutis nomine Pyrausta, qui prope Sexagenarius duas successively duxit Uxores, cum proposito, & significatione, suo profectione propositi sui servanda in conjugio virginitatis: Interrogati: utrum Pyrausta in ducendis duabus illis Uxoribus Puellis, male se gessisse censendus sit, an potius heroicae virtutis actus perfecisse: Lecto de moribus, & factis ejusdem Viri Libello, huic responsioni annexo, & expensis duabus propositis questionibus, responderunt, & respondent, Pyraustam neque peccasse contra naturam, aut leges matrimonii, neque censendum esse imprudenter, aut temerarie se gessisse, sed potius heroicae virtutis actus perfecisse.

Quoad primam responsionis partem, supponunt eundem Theologi nullum in Pyrausta, neque in duabus ejus Uxoribus successively ductis præcessisse votum virginitatis, aut perpetuæ continentiæ, neque pactum relaxandi jura matrimonii; sed simplicis propositi nunquam utendi iuribus matrimonii, circa Liberos procreationem, meram hinc, & inde significationem, seu etiam profectionem propositi. His suppositis probatur prima pars responsionis. 1. ex Apost. ad Cor. 1. cap. 7. *Bonum est homini, (etiam conjugato) mulierem non tangere.* Ex his verbis S. Augustinus, lib. de Moribus Ecclesiæ Catholicæ, cap. 35, concludit contra Manichæos, qui idelibus baptizatis usum matrimonii interdicerent, Apostolum demonstrasse fortibus, quid summum sit, & imbecillioribus permisisse quod proximum est. Porro licet proponere quod summum est in conjugio. Idem S. Augustinus de Bon. Conjug. contra Jovinian. cap. 3. *Bonum: : mibi non videtur propter solam filiorum procreationem, sed propter ipsam etiam naturalem in diverso sexu societatem; alioquin non jam diceretur conjugium in senibus.* Ergo licet illud solum bonum, solum illam naturalem societatem sperare, seu intendere conjugium ineuntibus. Idem lib. 1. cap. 24. de adulterinis conjugii ad Pollentium licere conjugibus, aut vovere continentiam perpetuam ex consensu viventibus, & carnalia debita sibi invicem relaxantibus, fidelibus castique conjugibus; quod ali-

rum sine altera, vel alteram, sine altero voveri fas non est. Porro simplex virginitatis perpetuæ propositum præcedens, quod nullam inducit obligationem, aut jurium relaxationem, multo minus adversatur matrimonii essentia, & mutue potestati alterius in alterum, quam votum fequens cum relaxatione jurium; & tamen consistit conjugium cum illo voto subsecuto, quidni copularetur cum illo simplici proposito precedente? Idem lib. 1. de Nuptiis, & concupiscentia, cap. 11. *Quibus placuit ex consensu ab usu carnalis concupiscentiæ in perpetuum continere, absti ut inter illos vinculum conjugale rumpatur; immo firmius erit, quo magis ea pacta secum inserint, que charius, concordiusque servanda sunt, non voluntariis corporis nexibus, sed voluntariis affectibus animarum.* Idque probat exemplo conjugii Beatissimæ Mariæ cum S. Josepho. Denique lib. 2. de Consensu Evangelistarum, cap. 1. *Hoc exemplo (conjugii Mariæ cum Josepho) magnifice insinuat fidelibus conjugatis etiam servata pari consensu continentia, posse permanere, vocarique conjugium, non permixto corporis sexu, sed custodito mentis affectu.*

S. Thomas in 4. sent. dist. 30. quest. 2. art. 1. resp. ad 2. & 3. hæc habet: *Ad primum dicendum, quod Beata Virgo antequam contraheret cum Josepho, fuit certificata divinitus, quod Josepho in simili proposito erat, & ideo non se commisit periculo nubens, nec tamen propter hoc aliquod vitium deperit, quia illud propositum non fuit conditionaliter in consensu appositum; talis enim conditio cum sit contra matrimonium tolleret: : Copula carnalis cecidit implicite sub consensu B. Virginis, sicut actus continetur implicite in potentia: : Potentia autem ad carnalem copulam non contrariatur virginitati, nec diminuit aliquid de puritate ipsius, nisi ratione actus, qui quidem nunquam fuit in proposito B. Virginis, sed erat jam certificata, quod actus nunquam fieri deberet.*

S. Doctor his verbis illud significat de quo consentiunt Theologi, substantiam matrimonii positam esse in mutuo dominio ab usa separabili; propositum vero versari circa usum, quem quisque potest sibi adimere iuxta illud dominium. 2. Possit etiam post emissum virginitatis votum valide, & prudenter contrahi matrimonium ab iis, qui divinitus certi essent de voto adimplendo; ergo a fortiori post significationem simplicis propositi probabiliter adimplendi.

Idem constat ex consensu Universalis Ecclesiæ, quo licet conjugibus contractum matrimonium, per solemnem dissolutionem, & cum illo jure, immo, & proposito taliter dissolvendi nubere; ex cap. Commisum de Sponsalibus.

De 2. vero responsionis parte; utrum scilicet Pyrausta prudenter se gesserit? Non ita liquet, nam ex libello huic responsioni annexo dubium est utrum Pyrausta in eodem thalamo cum Sponfa, an extra thalamum iuxta illam in terra cubaret? Si primum verum est, non est continuo improbandum, aut temeritatis arguendum, cum Scriptura non improbet, quod refertur lib. 3. Reg. cap. 1. de facto David cum Abisag Summitide. Simile factum refert S. Hieronymus auctore ad diem 27. Septemb. de Sancto Elzeario Comite Ariano cum sua Sponfa Delphina. Potuisset Pyrausta iis moveri rationibus, & talibus cautionibus uti, quæ periculum mutandi propositi a se, & ab Uxoribus amoverent, non tamen juxta communes prudentiæ regulas potest factum illud approbari, aut quasi imitandum proponi, sed cum respectu Pyraustæ, & Sponsarum ejus,

ejus, neque illicitum, neque ad illicita inducens factum illud fuerit; & consilium, Deo juvante, probaverit eventus, seu secuta Pyraustæ, & Sponsarum integritas castitas, & sanctimonia, censendum non est imprudenter se gessisse, sed speculatis circumstantiis, varias multiformis gratiæ Dei operationes, heroicasque, quæ inde elucescunt virtutes pro loco, & tempore opportuno exercuisse; nam ex fructibus eorum cognoscetis eos; ex certis incerta eruenta sunt.

Laudarunt Sancti Patres prudentiam Pulcheriæ, pro Republica melius administranda Martiano nubentis: inter Sanctos relati sunt, Sanctus Enricus Imperator, & Sancta Conegundes Sponfa ejusdem: & Sanctus Eduardus Anglorum Rex, ut eximia castitate in simili facto insignes. Pyrausta, sibi exemplo Sancti Josephi proposito, nihil minus fecisse videtur ab iis; qui tam magnifice laudati sunt, Regibus, & Imperatoribus. Rei famulæ prudentiæ, & securi providet, cum si extraneæ mulieri curam illius commisset: non castitatis tantum in sua, Sponsarumque suarum pudicitia custodienda, sed caritatis erga proximum, humilitatis, contemptus mundi, & divitiarum, zeli salutis animarum specimina clarissima, certissimaque præbuit, Sponfas a penuria, se ipsam a curis secularibus sublevando, pauperes puellas præ divitiis eligendo, æmulando eas Dei æmulatione: dum enim sibi eas despondere visus est, despondit eas uni viro virginis castas exhibere Christo. Ita sentimus, & in sententia nostra testimonium, & fidem subscripimus Lutetiæ Parisiorum ann. 1720. die 10. Augusti.

Medericus Carton, Sac. Facultatis Parisiensis Decan., & Societatis Sorbonæ Senior.

Claudius Clavel, Insignis Ecclesiæ Andegavensis nuper Canonicus Theologus, nunc vero Doctoris Sorbonici numeribus incumbens.

Honoratus Tanelis, Emeritus Sac. Theologiæ in Sorbona Professor Regius: Sacrosanctæ Regiæ Capellæ Palatii Carisensis Canonicus.

Joannes Natalis Gaillande, Sacre Theologiæ Parisiensis Doctor Theologus, Socius Sorbonicus, Sancti Salvatoris de Lomine Prior Comes Idalavus.

Jacobus Pille, Facultatis Parisiensis Doctor Theologus.

Petrus Ludron, Sacre Facultatis Parisiensis Doctor Theologus, necnon Ecclesiæ Parochialis S. Nicolai et Cardineti in Urbe Rector.

L. De Ramiguis, Doctor Theologus Socius Sorbonicus, & insignis Ecclesiæ Carvalensis Canonicus.

REgi Nostro Catholico obtemperantes, in quaestione ad hanc Universitatem Salmantianam delata, super facto V. Fr. Sebastiani ab Apparitione, Ordinis Minorum Sancti Francisci, qui dum liber, primas, & secundas nuptias contraxit animo se conservandi (si possibile foret) in casto, & virginali connubio, ad instar Sancti Patriarchæ Joseph cum Sanctissima Sponfa Virgine Deipara: An, scilicet, bene se gesserit, liciteque, & valide præfatas nuptias contraxerit.

Deputatis prius, ad rem accurate investigandam, octo Doctoribus in Sacra Facultate Theologica, & jure Pontificio, ipsorumque suffragiis verbo, & scripto auditis, matureque discussis, & perpensis: Universitas in Claustro pleno affirmative respondit. Salmantica XV. Kalendas Augusti, Anni Domini MDCCXX.

Magist. Fr. Michael Perez, Vice Rector.

Magist. Fr. Petrus Manso, Augustinianus, Cathedralis Sancti Thomæ Professor.

Doct. D. Josephus a Vallarna, Pontificii Juris Professor.

Magist. Fr. Michael de Herce, Cathedralis Sacre Theologiæ Vespertinæ Prof.

D. Franciscus de Duennas & Peralta, Ordinis Militaris Calatravenfis, Decretorum Doctor, Sacrorum Canonum Primarius Antecessor.

Magist. Emanuel a Generelo & Spinola, Clericorum Regularium Minorum, Sacre Scripturæ Primarius Proprietarius Professor.

Doct. D. Bernardus Sanctus Calderon a Barca Vespertinæ Sacrorum Canonum Cathedralis Professor.

Doct. D. Julianus Dominguez & Toledo, Cathedralis Theologiæ Professor.

Doct. D. Thomas Nunez Flores, Primariæ Cathedralis Sac. Canon. Prof.

De mandato Universitatis,

Didacus Garcia a Paredes,

Secretarius.